# ΠΡΟΣΘΗΚΑΙ

R.-J. LOENERTZ

## Ad epistulas Gregorii Acindyni

Addenda et corrigenda

Ep. 1, p. 90, lin. 23 *χρόνον* : lege *θρόνον*.

Ep. 5, p. 97, Inscriptio : Matthaeo monacho. Ille puta qui scripsit tractatum De gratia divina, in quo Gregorii Palamae doctrinam tuetur. Est in cod. Monacen. Gr. 508, f. 147-175. Inc. *Εὐσύνοπτον βούλομαι καὶ καθ' ὅσον...* Desin. *περὶ δὲ ὑμῶν ὑμεῖς ὄψεσθε.* In ora inferiore legitur : « *Οὗτος ὁ τοῦ παρόντος λόγου συγγραφεὺς ἐν Θεσσαλονίκῃ ἦν μοναχὸς καὶ πρεσβύτερος, ἀνὴρ εὐλαβὴς καὶ λόγιος καὶ τὰ θεῖα σοφός, μαθητὴς χρηματίσας τοῦ ἐν μοναχοῖς θαυμασιοῦ ἐκείνου κὺρ Ἰσαάκ, καὶ ἐν τῇ μονῇ τούτου τὸ τῆς ζωῆς τέλος δεξάμενος.* Eadem nota cum tractatu eodem occurrit in bibl. Mosquensi apud Matthaei, p. 178 ». Ign. Hardt. Catal. cod. manuscriptorum Monacensium, t. V, Monachii, 1812, p. 241.— Edocuit me de his d. Georgius Theocharides, in Thessalonicensi Panepistemio subdoctor. Qui censet etiam Matthaeum non alium esse quam Matthaeum Blastarem, iuris canonici peritum, scriptis polemicis in Latinos notum.

Institutional Repository - Library & Information Centre - University of Thessaly
17/10/2023 00:53:31 EEST - 167.114.118.212